

ut, id est sine peccato, esse nego; id enim soli Deo compelli, omnisque creatura peccato subiacet, et indiget misericordia Dei. » Et Tertullianus, lib. *De Prescript. heret.*: « Soli Deo Filio, ait, servabatur, sine delictis permanere. »

ET CONSTITUTE ANTE CONSPECTUM GLORIE SUE IMMACULATOS. — Græce ἀμώμους, id est irreprehensibiles. « Conspectum gloriæ » vocat primo, præsentiam Dei gloriosi, in qua omnes in hac vita consistunt, juxta illud *Eccl.*: « Vivit Dominus exercituum ante ejus vultum sto, » *III Reg.* cap. xviii, vers. 13, quasi dicat: Ut in oculis Dei sis et ambuletis immaculati. Ita Dionysius; unde Clemens Alexandrinus exponit, « coram angelis, » *q. d.* Ut omnia faciatis quasi vidente Deo et SS. angelis; sic Paulus ait *Ephes.* 1, 4: « Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati in conspectu ejus in charitate. » Et Zacharias: « Serviamus illi in sanctitate et justitia coram ipso omnibus diebus nostris, » *Luce* cap. 1, vers. 74.

Secundo et planius, « conspectum gloriæ » vocat gloriam Dei, qua gloriosus apparet, conspiciet et conspicietur a Beatis in visione beatifica: huic enim nemo sistetur nisi plane purus et immaculatus, *Apoc.* xxi, 24; unde Syrus vertit, sine naevo: nullus enim vel minimus naevus admittitur ad istam gloriam. Unde sequitur: « In adventu Domini: » ita Bede. Lyranus, Thomas Anglicus et alii. Ad hæc *Eccl.* gloriam celestem juxta oculos cordis: « Sursum corda, » *Eccl.* S. Augustinus in *Psal.* xxxi: « Erige cor sursum, ne putrescat in terra. »

ET EXULTATIONE, — tum qua exultat sancta conscientia in hac vita, eo quod nullius mali sibi sit conscia, juxta illud *Psal.* xxxi, 11: « Letamini in Domino et exultate justi, et gloriamini omnes recti corde. Nam « secunda mens quasi jube convivium, » *Prov.* xv, 15. Tum potius qua exultant Beati in celo, juxta illud: « Exultabunt sancti in gloria, » *Psal.* cxlix, 3; « Gaudium et exultationem obtinebunt, » *Isaie* xxxv, 10. Exultatio enim Beatorum de Deo viso et possessio, est ipsa Dei fructio, ideoque vel est ipsa formalis beatitudo, ut vult Medina, I II, *Quest.* III, art. 4, et alii; vel potius est beatitudinis in visione Dei consistentis fructus, flos et complementum, uti docent passim cæteri Theologi. Porro exultatio est gaudii excessus cum quadam cordis corporisque subsultatione. Unde græce ἐκπληξασθαι, id est exultare, dicitur quasi ἐξεν εὐδαιμον, id est, valde saltare et exultare, quod Hebræi vocant קָרָנָן, id est jubilate, et קָרָנָן אלַּת, id est exultare. Unde Græcum ἐκπληξασθαι.

Præclare S. Augustinus in illud *Psal.* cxlviii, *Laudate Dominum de caelis*: « Etsi corpus nostrum, ait, adhuc in Babylonia tenetur, cor nostrum ad Jerusalem præmittatur. Laudet ergo tota creatura Dominum, quia hoc ibi facturi sumus, quod hic

præmeditatur. Coelestia tranquilla sunt, ibi semper gaudium, nulla mors, nulla molestia, semper laudant Deum Beati. Nos adhuc in imo sumus, sed cum cogitamus, quomodo illic laudetur Deus, cor ibi habeamus, et non sine causa audiamus: Sursum corda. Levemus cor sursum, ne putrescat in terra: quoniam placet nobis quod ibi agunt angeli. Laudate ergo eum in excelsis. »

IN ADVENTU DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI. — Deunt hæc nunc in Græco, Syro et Arabico, et in nonnullis Latinis antiquis. Adventum secundum Christi intelligit, puta gloriosum ad judicium, quo omnes Sanctos beabit et glorificabit, juxta illud *II Thessal.* 1, 10: « Cum venerit glorificari in sanctis suis, et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt. » Hinc S. Franciscus in *Explicatione orationis Dominice*, illud, « Adveniat regnum tuum, » sic explicat: « Adveniat regnum tuum ut regnes in nobis per gratiam tuam, et facias nos venire ad regnum tuum, ubi est tui visio manifesta, tui dilectio perfecta, tui societas beata, tui fructio sempiterna. »

25. SOLI DEO SALVATORI NOSTRO. — Salvatoris nomen nunc Jesu Christo: Jesus enim idem est quod Salvator; nunc Deo Patri, vel potius toti SS. Trinitati tribuitur: hæc enim nos salvat per Christum. Ita hic Deus, puta tota SS. Trinitas, vocatur Salvator noster, juxta illud *Psal.* xxxi, 8: « Homines et jumenta salvabis, Domine, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam, Deus, » *Et I Timoth.* iv, 10: « Speramus in Deum vivum, qui est Salvator omnium hominum, in maxime autem fidelium. » Græca addunt σωτηρ, id est sapiens: solus enim Deus per se et per essentiam est sapiens, bonus, polens: angeli enim, homines et creaturæ a Deo participant et emendicant particulam bonitatis, sapientie, potentie, etc. Porro apte ὁ sapienti jungitur « Salvatori, » quia scientia sanctorum est scientia salutis, *Sapient.* x, 10; *Luce* 1, 77. S. Judæ concinit S. Paulus *I Timoth.* 1, 17, dicens: « Regi autem sæculorum immortalis, invisibili, soli Deo honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen. »

PER JESUM CHRISTUM. — « A natura propria, ait S. Bernardus, serm. 2 *De Circumcis.*, habet noster Jesus ut sit Salvator; innatum est ei nomen hoc, non inditum ab humana vel angelica natura. » Per Christi enim nativitatem, prædicationem, miracula, passionem, mortem, resurrectionem, etc., innotuit, imo toto orbe celebrata est Dei gloria, magnificentia, imperium et potestas, juxta illud Christi: « Pater, clarifica nomen tuum; » et facta est vox de celo: « Et clarificavi, et iterum clarificabo, » *Joann.* xii, 28; et cap. xvii, vers. 1: « Pater, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te; » et vers. 6: « Manifestavi nomen tuum hominibus. »

GLORIA. — « Gloria, » græce δόξα, id est claritas, « est clara cum laude notitia, » inquit ex Aristotele et Cicerone S. Augustinus, lib. LXXXIII *Question.*,

Quest. XXXIII; vel, ut S. Basilus, lib. *De Spiritu Sancto*, cap. xxiii, gloria est commemoratio mirabilium que alioqui insunt, præsertim Deo. Vel, ut alii, « gloria est notitia clarior alioquin excellentie; » vide S. Hieronymum in cap. v ad *Galat.*, et Dominicum Soto in IV, dist. xlix, *Quest.* III, art. 4. Gloriam hanc sibi uni reservat Deus, *Isaie* xliii, 8, dicens: « Gloriam meam alteri non dabo, » quia gloria propria est, propriæque debita soli Deo ob infinitam ejus majestatem, celsitudinem, magnitudinem, magnificentiam. Ita Angeli et Beati omnes accinunt Deo gloriam, *Apoc.* cap. iv, 11, cap. v, 12, cap. xix, 7. Idem imitantur Sancti in hac vita. Unde S. Ignatius, fundator Societatis nostræ, hoc habuit, nobisque impressit elegium: « Ad majorem Dei gloriam. » Optat ergo S. Judas Deo gloriam, ut scilicet omnes angeli, omnes homines, omnesque creaturæ eum ut summam majestatem celebrent, prædicent, laudent et glorificent.

ET MAGNIFICENTIA. — Syrus, potentia; græce μεγαλοψυχία, id est majestas, magnitudo, magnificentia, decus, amplitudo, dignitas. Magnificentia autem est magnorum operum patratio, item magnam personæ decus, splendor, ornatus, majestas: utroque modo Deus est magnificentissimus. Unde millia millium ministrant ei. Hinc dicta est magnificentia virtus, quam ita definit Cicero, lib. II *De Invent.*: « Est rerum magnarum et excelsarum cum animi ampla quadam et splendida propositione agitatio atque administratio. »

ET IMPERIUM. — Græce ἐξουσία, id est robur: ita Syrus et Arabicus. Deus enim in omnes et omnia plenissimum, robustissimum et efficacissimum habet jus et imperium, estque summus Universi imperator et dominator. Jam S. Judas et Sancti ex summo Dei amore et reverentia, optant Deo magnificentiam et imperium, quasi congratulando ei, gaudente et desiderando, ut in eo semper illa perseverent; rursum, ut ab angelis et hominibus illa agnoscantur, colantur et celebrentur.

TU REQUIES TRANQUILLA PIIS, TE CERNERE FINIS :
PRINCIPIUM, VECTOR, DUX, SEMITA, TERMINUS IDEM.

Beati qui habitant in domo tua, Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. O summe veritas, vera charitas, chara æternitas, Deus meus et omnia: fac nos te sapere, tibi vivere tibi mori, te frui per æterna sæcula sæculorum. Amen.

Vide dicta *Habacuc* II, ad illud vers. 20: « Domini autem in templo sancto suo, sicut a facie ejus omnis terra. »

ET POTESTAS. — ἐξουσία; SYRUS, dominatio; Arabicus, potentia, cui scilicet nemo resistere valet. Potestas est quasi executive imperii: executur enim efficaciter quæquid voluntas Dei imperat. Porro Hugo considerat gloriam Dei in se, magnificentiam in operatione, imperium in regimine omnium, ut omnis voluntas ejus fiat; potestatem, ut nihil ei resistat. Lyranus gloriam explicat, in quantum Deus apparet dignus omni laude; magnificentiam, de diffusionem bonitatis ejus super omnia; imperium, de obedientia totius creaturæ ad ipsum; potestatem, de punitione malorum et præmiatione bonorum.

ANTE OMNE SÆCULUM, — scilicet fuit et constitit, « et nunc » consistit; vel potius opto precor ut consistat. Aut, *q. d.* Quæ illi ante omnia sæcula debentur, eadem ei « et nunc, » puta in præsentii vita a fidelibus, « et in omnia sæcula » a Beatis in celo reddantur.

ET IN OMNIA SÆCULA SÆCULORUM. — Græce, καὶ ἐν αἰώναις τοῖς αἰώναις; SYRUS, et in omnes ipsas æternitates: licet enim una sit Dei æternitas, tamen hæc infinitas ævorum angelicorum et temporum humanorum æternitates, etiam quas mens effingere potest, ambit, complectitur et transcendit.

AMEN, — id est, fiat, fiat, ut vertunt Septuaginta. Vide dicta *I Corinth.* xiv, 16, et *II Corinth.* i, 20. Justi enim « nunc, » id est in hac vita, glorificant Deum; Beati vero in celo glorificabunt Deum per omnem æternitatem, juxta illud *Psal.* lxxxiii, 5: « Beati qui habitant in domo tua, Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. » Ubi præclare S. Augustinus: « Noli, ait, timere ne non possis semper laudare, quem poteris semper amare: si cessabis a laude, cessabis ab amore; ab amore cessare non poteris. » Denique Boetius, lib. III *De Consol.* metro 9, ita Deo, quasi principio et fini omnium, concinit et jubilat:

13. Oñium suscitât rixas, et universa delicta operit
charitas, 356, 1; 357, 1, 2
— 20. Fortitudo simplicis, via Domini, 419, 2
xvii, 47. Qui quod novit loquitur, index justitiæ est, 136, 2
xxii, 27. Pretiosus spiritus vir eruditus, 74, 2
xviii, 5. Accipere personam impij non est bonum, 680, 1
ix, 2. Qui provocat eum, peccat in animam suam, 150, 2
— 3. Stulti miscentur contentioñibus, 161, 1
— 26. Et incurvat super eos fornicem, 148, 1
xii, 16. Vir, qui erraverit a via doctrinæ, in cætu gigantum commorabitur, 226, 1
xiiii, 11. Propinquus pupillorum fortis est, 93, 1
xix, 11. Totum spiritum suum profert stultus, sapiens reservat in posterum, 76, 1
xii, 15. Sanguisugæ duæ filias, dicentes: Affer, affer, 173, 1

EX ECCLESIASTE.

- Cap. i, vers. 2. Vanitas vanitatum, et omnia vanitas, 190, 2
x, 19. Pecunia obediunt omnia, 99, 2
xii, 6. Antequam conteratur hydria super fontem, et confringatur rota super cisternam, 147, 1
— 13. Denm time, et mandata ejus observa: hoc est enim cunnis homo, 14, 1

EX LIBRO CANTICORUM.

- Cap. i, vers. 4. Nigra sum, sed formosa, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis, 476, 1
— 8. Equitai meo in curribus Pharaonis assimilavi te, 449, 2
iv, 8. Labia tua sicut vitta coccinea, 89, 1
— 9. Vulneras cor meum, soror mea, sponsa, 81, 1
vi, 9. Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora surgens, pulchra ut luna, electa ut sol, 209, 2

EX LIBRO SAPIENTIE.

- Cap. iv, vers. 13. Fascinatio nugacitatis obscurat bona, etc., 517, 1
v, 47. Dextra sua teget eos, et brachio sancto suo defendet illos, 449, 2
xi, 1. Felicitat direxit opera eorum in manibus prophetarum sancti, 641, 1
xii, 11. Postularerunt escas epulationis, 202, 2

EX ECCLESIASTICO.

- Cap. i, vers. 28. Qui sine timore est, non poterit justificari, 77, 1
iv, 1. Fili, cleemosynam pauperis ne defraudes, 778, 1
vii, 14. Noli velle mentiri omne mendacium, 494, 1
xi, 3. Initium dulcoris habet fructus illius, 71, 2
xiii, 23. Venatio leonis, onager in eremo, sic et pasca divitum sunt pauperes, 108, 2
xv, 13. Non dicit: Ille me implnavit, 59, 1
xviii, 18. Datus indisciplinati tabesere facit oculos, 28, 2
xix, 13. Sagitta infixa femori carnis, sic verbum in corde stultii, 137, 2
xx, 14 et 15. Datus insipientis non erit utilis tibi: oculi enim illius septemque sunt: exiguus dabit, et multa improberit: et aperit oculos illius inflammatio est, 38, 2
xxviii, 16. Lingua terra multos commovet, et utilis potius infernus quam illa, 148, 1
— 29. Aurum tuum et argentum tuum confida, et verbis tuis facito stataram, 140, 2
xxix, 28. Initium vite hominis, aqua et panis, 71, 2
xxx, 6. Beatus dives, qui inventus est sine macula, 251, 1
xxxii, 4. Qui interrogationem manifestat, parabit verbum, 341, 1
xxxiv, 26. Qui anfert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum, 204, 2

EX ISAIA.

- Cap. ii, vers. 3. Doccebit nos de vitiis suis, 634, 1

- viii, 12 et 13. Timorem ejus ne timeatis, neque paventis. Dominum exercituum ipsum sanctificate, 329, 2
ix, 16. Qui beatificavit populum, seducetes, 680, 1
xiv, 13. In colum concendam, super astra celi exaltabo solum meum, 445, 1, 2
xxviii, 10. Manda remanda, expecta reexpecta, 339, 1, 2
— 21. Alienum opus ejus ab eo, 363, 5
xxx, 1. Væ Ariel, Ariel, 370, 1
li, 15. Isle asperget gentes multas, 240, 2

EX JEREMIA.

- Cap. ii, vers. 34. In alis tuis inventus est sanguis animarum pauperum, 284, 2
iv, 2. Et jurabis in veritate, et in iudicio, et in justitia, 211, 2
xii, 8. Sanctifica eos ad diem occisionis, 204, 1
xv, 18. Facta est tibi manus tua quasi mendacium aquarum infidelium, 462, 2
xxx, 33. Eritis mihi in populum, 611, 2

EX BARUCH.

- Cap. i, vers. 22. Abivimus unusquisque in sensum cordis nostri maligni, 623, 2

EX EZECHIELE.

- Cap. xxii, vers. 2. Et tu, fili hominis, nonne judicas civitatum sanguinem? 341, 1
xxiv, 9. Væ civitati sanguinum, cujus ego grandem faciam pyram, 356, 2

EX DANIELE.

- Cap. xii, vers. 2. Multi erit tui qui dormierunt, resurgent, 350, 2

EX PROPHETIS MINORIBUS.

- Joel, iii, vers. 21. Mundo sanguinem eorum quem antea non mundaveram, 356, 2
Nahum, i, 7. Dominus confortans in die tribulationis, 395, 2
Sophon. ii, 4. Gens non amabilis, 215, 1
Malach. i, 6. Si pater ego sum, ubi est honor meus? 30, 2

EX LIBRIS MACHABEORUM.

- Lib. I, cap. v, vers. 62. Ipsi autem non erant ex semine virorum illorum, per quos salus facta est in Israel, 531, 2
Lib. II, cap. iii, 86. Testabatur autem omnibus ea quæ sub oculis suis viderat opera magni Dei, 510, 2

EX S. MATTHEO.

- Cap. v, vers. 3. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum colorum, 45, 1
— 84. Ego autem dico vobis, non jurare omnino, 211, 2
— 86. Neque per caput tuum juraveris, quia non potes unum capillum album facere aut agrum, 312, 1
vi, 23. Et ne nos inducas in tentationem, 20, 1
— 84. Sufficit diei malitia sua, 78, 1
vii, 1. Nolite iudicare, ut non iudicemini, 168, 2
xii, 40. Sic erit Filius hominis in corde terra tribus diebus, et tribus noctibus, 338, 1
xvi, 18. Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, 231, 2
xvii, 12. Quia Elias jam venit, 588, 2
xix, 24. Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum colorum, 31, 2
xxiii, 2. Super cathedram Moysi sederunt, 521, 1
— 8. Vos autem nolite vocari Rabbi: unus est enim magister vester, 135, 1
xxiv, 30. Tunc parebit signum Filii hominis, 467, 2
— 35. Cælum et terra transibunt, 485, 1
xxv, 23. Intra in gaudium Domini tui, 353, 1
xxvi, 28. Qui pro multis effundetur, 355, 1

EX S. MARCO.

- Cap. xvi, vers. 7. Dicite discipulis, et Petro, 642, 1

EX S. LUCÆ.

- Cap. i, vers. 37. Nea erit impossibile apud Deum omne verbum, 535, 2
— 47. Et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo, 531, 1
vi, 21. Væ vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram, 196, 1
ix, 55. Nescitis cujus spiritus estis, 587, 1
xii, 41. Date cleemosynam, et ecce omnia manda sunt vobis, 112, 1; 101, 1; 104, 1
xii, 35. Sint lumbi vestri presincti, 338, 1
xvii, 42. Pater, si vis, transfer calicem istam a me: verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat, 56, 1
xviii, 43. Hodie mecum eris in paradiso, 338, 1
xviii, 48. Tu peregrinus es in Jerusalem, et hæc ignoras, 363, 1

EX S. JOANNE.

- Cap. i, vers. 1. In principio erat Verbum, 498, 1, 2; 505, 2; 506, 2 et seq.
Ibid. Et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum, 520, 1
— 4. In ipso vita erat, 518, 1
Ibid. Et vita erat lux hominum, 522, 1
— 9. Erat lux vera, 540, 2
— 14. Verbum caro factum est, 245, 1
— 18. Deum nemo vidit unquam: unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit, 546, 1, 2
— 20. Confessus est, et non negavit, 559, 2
iii, 8. Spiritus ubi vult spirat, et vocem ejus audis, sed nescis unde veniat, aut quo vadat, 588, 1
v, 25. Venit hora, et nunc est, quando, etc., 549, 2
vi, 51. Ego sum panis vivus, qui de cælo descendit, 540, 2
viii, 44. Ille in veritate non stetit, 593, 2
xii, 14. Si ego lavi pedes vestros, 540, 2
— 1. Ego sum vitæ vera, 540, 2
— 8. In hoc clarificatus est Pater meus, ut fructum plurimum afferatis, 534, 1
— 12. Ut diligatis invicem, sicut dilexi vos, 573, 2
xvii, 9. Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, 547, 1
xix, 27. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua, 501, 1
— 30. Consummatum est, 62, 1
xx, 15. Domine, si tu sustulisti eum, 540, 1

EX ACTIS APOSTOLORUM.

- Cap. ii, vers. 17. Effundam de Spiritu meo, 512, 1
viii, 9. Dicens se esse atque, 72, 1

EX EPISTOLA AD ROMANOS.

- Cap. v, vers. 3 et 4. Scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, 24, 1
vii, 19. Non enim quod voto bonum, hoc facio: sed quod nolo malum, hoc ago, 528, 2
— 20. Si quod nolo, illud facio: jam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum, 57, 1
viii, 29. Quos prescivit et predestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, 28, 2

- xii, 8. Qui tribuit, tribuat et simplicitate, 35, 2
xiv, 23. Omne quod non est ex fide, peccatum est, 28, 1
xv, 16. Sanctificans Evangelium Dei, 84, 1
xvi, 22. Salutatio va Cuius hospes moras, et universa Ecclesia, 610, 1

EX I AD CORINTHIOS.

- Cap. xiii, vers. 12. Videmus nunc per speculum in ænigmatate; tunc autem facie ad faciem, 84, 2
— 13. Major horum est charitas, 433, 4
xv, 7. Deinde visus est primus homo in animam viventem, novissimus Adam in spiritum vivificantem, 338, 1

EX II AD CORINTHIOS.

- Cap. iii, vers. 7. Quod si ministratio mortis fuit in gloria, etc., 235, 1
v, 21. Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, 547, 1
ix, 9. Justitia ejus manet in sæculum sæculi, 408, 1
viii, 2. Altissima paupertas eorum abundavit in divitiis simplicitatis eorum, 35, 2
ix, 11. Ut in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem, 464, 1

EX EPISTOLA AD GALATAS.

- Cap. ii, vers. 11. Quoniam reprehensibilis erat, 817, 2

EX EPISTOLA AD EPHESIOS.

- Cap. ii, vers. 6. Conresuscitavit, et consedere nos fecit in cælestibus, 22, 1, 2
v, 18. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, 459, 1
— 26. Per lacrum aquæ in verbo vitæ, 379, 2

EX EPISTOLA AD PHILIPPENSES.

- Cap. ii, vers. 5. Hoc sentite in vobis, quod et in Christo Jesu, qui cum in forma Dei esset, etc., 345, 2

EX EPISTOLA AD COLOSSENSES.

- Cap. i, vers. 15. Qui est primogenitus omnis creaturæ, 71, 2

EX PRIMA AD TIMOTHEUM.

- Cap. v, vers. 17. Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, 587, 1

EX EPISTOLA AD HEBREOS.

- Cap. i, vers. 32. Aspersi corda a conscientia mala, 240, 2
xi, 31. Fide Rahab meretrix non perit cum incredulis, excipientes exploratores cum pace, 131, 1
xii, 8. Ergo adulteri, et non filii estis, 175, 2

EX EPISTOLA I PETRI.

- Cap. iv, vers. 17. Quoniam tempus est ut incipiat iudicium a domo Dei, 376, 1

EX APOCALYPSI S. JOANNIS.

- Cap. iii, vers. 3. Veniam ad te tanquam fur, et necies qua hora veniam ad te, 482, 1
— 14. Qui est principium creaturæ Dei, 71, 2
xii, 8. Neque locus inventus est eorum amplius in cælo, 351, 1
xvi, 13. Ecce venio sicut fur, 481, 1